

GLOSSARIA LATINA

IUSSU ACADEMIAE BRITANNICAE EDITA

V

ABBA, AA

EDIDERUNT

C. THEANDER

M. INGUANEZ

C.-J. FORDYCE

FACOLTÀ DI MAGISTERO

Istituto di Filologia Latina e Medioevale

INV. N.

5573

NFC 922

9

1965



GEORG OLMS VERLAGSBUCHHANDLUNG
HILDESHEIM

Reprografischer Nachdruck der Ausgabe Paris 1931
Mit Genehmigung des Verlages Les Belles Lettres, Paris
Printed in Germany
Herstellung: fotokop, Reprografischer Betrieb GmbH, Darmstadt
Best. Nr. 5100865

PRAEFATIO

In hoc quinto volumine finem habet mea series Glossariorum Latinorum, ea mente editorum ut fontes cuiusque detegantur, glossa unaquaeque ad suum fontem revocetur. Eadem mente ante hanc seriem inchoatam edidi glossarium Latino-Anglicum (Corp.) sub titulo :

The Corpus Glossary, ed Lindsay, Cambridge, Univ. Press, 1921.

Eadem aliud Latino-Anglicum (Leid.) edidit Hessels sub titulo :

The Leiden Latin-Anglosaxon Glossary, ed. Hessels, Cambridge, Univ. Press, 1906.

Eadem nuper duo alia (EE, Amplon. II) paravit in hanc seriem collega meus, Thomas R. Mills, quae tamen decrevi, rei nummariae causa, non publici iuris facere sed penes viros doctos Dictionario Latinitatis Medii Aevi conficiendo praefectos deponere.

Quae igitur restent extra hanc seriem glossaria notabilia audi. Glossarium Affatim idcirco nolui includere quia, omnes fere glossas suas ex Abstrusa Glossario (cum Abolita) compilavit ; Glossarium Ab Absens quia tam parvum est et eandem fere materiem atque Abba, Aa, Abav. habet. Ea duo glossaria exhibuit (in apographo) Goetz (Corp. Gloss. IV). Glossarium quod dicitur Abavus maius nihil est nisi coadunatio glossariorum Abav., Ab Abs. etc., Ineptum igitur est dicere : « Haec glossa non solum in Ab Abs. est sed etiam in Abav. mai. ». De Abav. mai. tacere est melius. Glossaria saeculorum X, XI, etc., velut Casin. 90, Vat. lat. 1468, Vat. lat. 1469 (Bedo-Plac. ; cf. Pirie, Bulletin Du Cange II, 185), nihil fere habent quod non ex prioribus glossariis, quae exstant (Aa, Abba, Ab Abs. etc.) mutuata sint et in mutuando refinxerint. Necnon glossaria recentiora, v. g. Papias Lexicon, materiem fere omnem ex prioribus compilaverunt. Ineptum igitur est de Papias glossa dicere tamquam ipse Papias primus glossam excogitavisset. Immo revocanda est glossa ad eum fontem (puta Glossarium Ansileubi) unde eam Papias hausit. Glossas Isidori quae dicuntur quis hodie nescit revera esse collectam a Scaligero aliisque Ad-dendorum ad Lexica Latina turbam et eam non solum ex Glossariis (quae omnia, ni fallor, exstant) sed etiam ex Hermeneumatis, ex Inscriptionibus, ex Commentariis, ex Notarum Tironianarum libris, et aliunde congestam esse. De eis quoque tacere melius est.

Disce nunc quorsum via Ritschelianorum et mea via divergant. Ritscheliani credere videntur in omnibus fere glossis mediaevalibus inesse antiquam


doctrinam. Contra equidem affirmo plerasque triviales esse, nihili valere, ex adnotatiuncula marginali a magistellis, sua ipsorum tenuissima doctrina fretis, adscripta esse collectas. Qua de re in duobus libellis plenius disputavi, (1), *Ancient Lore in Medieval Latin Glossaries*, London, Milford, 1922 (= *St Andrews University Publications*, n° XIII), (2) *Bulletin Du Cange* (= *Arch. Lat. Medii Aevi*) III, p. 95.

W. M. LINDSAY.

ABBA

EDIDERUNT

M. INGUANEZ C.-J. FORDYCE



PRAEFATIO

Glossarium quidem quod habet codex Sangallensis 912 quodque incipit *Abba : pater* iam anno 1885 Warren edidit commentoque instruxit (= Trans. Amer. Phil. Ass. 1884), sed Ritschelianorum viam secutus ; apographumque codicis Goetz anno 1889 publici iuris fecit (C. G. L. IV, pp. 199-298). Qui tamen ipsum codicem in manibus tenuit, is statim agnoscit non ibi esse plenum *Abba* glossarium sed epitomam ; v. g. pro plena glossa (NA 24) :

Natis et hae nates ; naticae Latinum non est,

Sangallensis habet nil nisi tria verba, *Nalice non est* ; plenam et huius glossae formam servat glossarium Asbestos et aliarum, v. g. (AB 74) :

Abba Syre, Graece pater (πατήρ), Latine genitor,
pro qua Sangallensis, ut dixi, nil nisi *Abba : pater*. (Cf. ME16.)

DE EPITOMA

Codex Sangallensis (S) minimae est formae, tamen litteris maiusculis exaratus, seni nimirum aptus

qui comitem longae quaerit habere viae ;

sed utrum apud monasterium Sangallense confectus an eo a peregrinante nescioquo allatus vix liquet. Librario qui eum saeculo octavo confecit datae erant membranae aliquot antiquissimorum codicum ; nam in paginis 310, 312 dispici potest scriptura libri Hieremiae, quam saeculo V vel VI idcirco attribuit Lowe (Class. Quart. XXII 57) quia prima paginae cuiusque littera grandior est et extra versuum ordinem stat (1).

Epitomam habet etiam codex Ambrosianus B 31 sup. (A), litteris minusculis exaratus quales saeculo nono incipiente in Italia septemtrionali in usu erant. Etiam folium curtatum, saeculo VIII Bobii scriptum (*frag. Ambr.*) quod a bibliothecario nescioquo in codice Ambrosiano F 60 sup. (saec. VII) insertum est, quodque mihi non folium glossarii fuisse videtur sed potius scidula in qua glossarum reordinator C-capitulum disponere instituerat. (Glossas v. d. Car. Pascal publici iuris fecit ; Boll. Filol. Class. XI 88-90). Tria testimonia, S, A, *frag. Ambr.*, ad unum parentem codicem non dubito revocare ; sed eum parentem fuisse plenum *Abba* glossarium credo, in quo indicia ad curtandas convenienter glos-

(1) Hunc antiquum paginae incipiendae morem librarius glossarii, sive suo arbitrio sive iussu viri venerabilis eius cuius in usum glossarium confecit, secutus est.

sas appositae erant (sicut in codicibus quibusdam pleni Libri Glossarum ; cf. Palae. Lat. III 23). Nam neque semper eodem modo glossam curtaverunt tres nostrae epitomae, neque easdem semper glossas elegerunt.

DE GLOSSARIO ASBESTO.

Plenam glossarii Abba formam exhibet, sicut dixi, glossarium Asbestos, quod a glossa incipit *Abeston* (Isid. Etym. 16, 4, 4 *Abeston Arcadiae lapis ferrei coloris* etc. ; quam doctrinam ex Aug. Civ. 21,5 hausit Isidorus). Sed non integre ; multas enim glossas abiecit. Asbestos, multas addidit ; unde fit ut Abba glossarium purum putum vix possit hodie recuperari. Duos glossarii Asbestos codices adhibemus, saeculo decimo ineunte in Italia scriptos (cf. ad ER 2), Casinensem 218 (C), Vaticanum lat. 1469 (V), et eam quam exhibent glossarum dispositionem sequimur.

Et cum capitula singula unius testis a locis ecclesiasticorum scriptorum incipiant, alterius testis capitula in eosdem locos desinant, manifestum est ea excerpta ecclesiastica non fuisse veram parentis codicis partem. Ea igitur prorsus abieciimus. Aliam tamen glossarum collectionem quae in V solo est, non in C (neque igitur in communi parente fuit), non potuimus abicere, glossas dico pretiosas ex Festi codice deperdito excerptas, de quibus Goetz disputavit (Rhein Mus. XL, 324 ; C. G. L. IV praef. xviii ; I 129). Sed quoniam V plurimas glossas minime pretiosas habet quae in C desiderantur, plurimas autem C habet quae in V desiderantur, non semper viro docto assentior hanc vel illam glossam in equum Troianum admittenti (cf. ad CE1 Cerritus ; CI 27 Cicures ; OL 190 Ola ; PE 2 Pegnides ; PE 21 Peptideis ; PE 67 Peculatus ; PE 81 Penis ; TA 15 Tagax). Festo tamen pretiosas ascribere non dubito, cum PRO 55 Propudia plane ad Festinam Abolita glossam (PR 100) quadret, LA 4 Lacco-briga ad Fest. 105, 15, et reficta Festi verba (260,15) in PE 41 Penem agnoscas.

Sed postquam ad veram Asbestos glossarii formam pervenimus, restat ut veram Abba glossarii formam inde extrahamus. Quae igitur glossae glossarii recentioris propriae, a glossario antiquiore alienae sunt ? Recentiores sunt sine dubio loci ex Pauli Diaconi Epitoma exscripti, v. g. SE 74 Sentinare. Et quamvis Isidorianas glossas Abba minime spreverit, loci Isidoriani qui in principiis capitulorum aut finibus congregantur advenarum notam in fronte habent. Fulgentianas, i. e. librum Sermonum Antiquorum (praeter citationes) paene exscriptum, semper glossario Asbestos, numquam glossario Abba adsignamus. Quid enim contra dicunt glossae AB 55 Abstemius, AF 29 Affatim, FA 4 Fabre' GA 2 Ganea PRO 6 Problema ? Ceteras quas ab Abba abiudicamus intra cancellos quadratos seponimus.

DE FONTIBVS ABBA GLOSSARII.

Credo equidem te statim illud agnoscere — quod non agnoverunt Ritschelliani, — fontes nostri glossarii paene eosdem atque glossarii Aa esse. Unde fit ut plurimae glossa in utroque glossario appareant, quas quoniam in Aa edendo

tractavimus nolumus hic iterum in apparatu critico tractare. Tu igitur, siquid desideras, ad Aa glossarium, severiore ordine alphabetico dispositum, respice : facile ibi reperies.

Fontes igitur duorum glossariorum sunt :

I.-II. Abolita, Abstrusa. Quos idcirco coniungimus quia a nostri glossarii conditore bimembrem codicem (Abstr.-Abol.) adhibitum esse declarat VER 4 Verrant, ubi in Abol. glossa fragmentum glossae Abstr. inhaeret.

III. Philox. Raro quidem in Aa Graece scripta vocabula apparent, in Abba numquam ; unde fit ut etiam difficilior in nostro glossario Philoxeneae glossae discerni possint, nisi siquae interpretationem Latinam (non Graecam) habuerint, v. g. IN 155 :

Insignis : nobilis, magnus, ornatus (= Philox. IN 491 Insignis : nobilis vel magnus seu ornatus). Abba tamen (non Aa) habet etiam Graeca lemmata (Latinis litteris scripta), in quibus aliquot Philoxeneas glossas inversas fortasse agnosces ; cetera velim mecum ad librum nescioquem Hermeneumatum revoces (v. g. PA 79, Peri thusion ; K 18 Kerason moi kai pasin).

IV. Vergilianae glossae e marginibus codicis Anglici collectae, v. g. HO 3 *Hospita lustris* ; *hospita* : *peregrina* (ex Aen. 3, 377).

V. Synonyma Ciceronis, v. g. I N 142 et 146 :

Ingenium : prudentia, industria, praescientia, doctrina, studium, scientia, arbitrium, vigilantia, astutia, naturalis sollicitudo.

Industria : doctrina, studium, vigilantia, sollertia, praescientia, ingenium.

Proprii autem fontes :

VI. Isidori Etymologiae, v. g. TRI 26 ; 27 :

Trieres : magna <navis> ; de qua in Esaia (33, 21) « non transibit per eam <trieris magna > » (= Isid. Etym. 19, 1, 10).

Trieres : navis magna ; quas Graeci dulcones vocant. (= Isid. ibid.)

VII. Eucherii Instructionum lib. II, de nominibus Biblicis, etc. Eis glossis siglum *Euch.* damus, addito numero paginae Wotkianae ; aliis eiusmodi aliunde haustis siglum *nom. Bibl.* (v. g. IO 4 *Ioram* : *diaconus*).

VIII. Biblicae glossae (sed hanc materiam non numquam etiam Aa adhibuit), v. g. VES 4 (ex IV Reg. 18,6) :

Vestigiis : pedum signis ubicumque (cf. AA *Vestigiis* : *ubicumque* ; Ab Abs. *Vestigiis* : *indiciis*).

IN 241 (ex Isai. 18,2) :

In vasis papyri : id est epistulis.

Necnon ad alios fontes adiit conditor glossarii nostri, ad quos etiam adierunt Anglicorum glossariorum (Corp, EE, etc.) conditores, sicut Nonium Marcellum (cuius archetypus codex videtur ex Anglia in Galliam venisse), Placidum, etc., nec tamen multa inde hausit.

DE UTILITATE GLOSSARII

Denique, certior iam factus et de vera forma et de fontibus Abba glossarii, quid prosint eius glossae quaeris. Pleraeque sane nihil ; sunt enim triviales ex



adnotatione marginali scriptorum collectae, ex vili Synonymorum congerie, etc. Sed melioris notae glossas non paucas habuerunt glossaria (1) Abol. (et Philox.) — ex Festo haustas, (2) Abstr. — ex Donati in Vergilium scholiis. Magni igitur refert ut glossarum Abol. et glossarum Abstr. veram et plenam formam recuperemus et exules restituamus. Et quoniam glossariorum Abol. et Abstr. qui hodie extant codices tam pauci sunt, tam manci, tam debiles, confugiendum est ad alia glossaria qui ex melioribus duorum glossariorum codicibus (nunc perditis) glossas mutuata sunt. Ex meliore glossarii Abol. (?) codice (nunc perditio) sumpsit Arma (E 163):

Extispices : aruspices ab extis, intestina hostiarum aspicientes ;
quae glossa in alio glossarii codice sic divisa erat :

Extispices : aruspices

ab extis intestina hostiarum aspicientes ;

unde ortae sunt mancae glossae :

Ab extis : intestina hostiarum aspiciens.

Extispices : aruspices.

Ad veram formam glossae Abstr. CI 16 enitimur his glossariis, quae eam Abstr. glossam mutuata sunt, usi :

Ampl. II (p. 276, 55) Circulator : qui fama adportat periculum,

Abba CI 42 Circulator : qui famam adportat per circum,

Corp. C 425. Circulator : qui farinam atpostat per circum,

Abav. CI 19 Circulator : qui famam portat vel circuit,

Aff. (p. 495, 38) Circulatus (*vel* -tor) : qui fama vel deportat (*pro* famam valde portat ?).

Antiquum vocabulum *clarimum* (i. e. clarissimum) ex hic testibus eruimus :

Abav. CL4 Clammum : clarissimum.

Abba CLA 7 Clarisio : clarissimum, illustrissimum.

Ansil. CA 496 Calmum : clarissimum.

CL 73 Clarimum : clarissimum.

Corp. C 478 Clammum : clarissimum ;

et siglum DE GLOSSIS in margine Ansil CA 496 adscriptum declarat glossam aut ex Abstr. glossario aut ex Abol. glossario provenisse.

In archetypo Abstr. glossarii codice glossa ex Donati in Aen. 8,343 scholio per librarii errorem 'cultur' pro 'cultus' habuit. Veram glossam ex his testibus erue :

Abstr. LU 24^a (Adde in vol. III) Lupercalia : Gentilium cultor (*vel* -tus) quod mares colunt.

Abba LU 13 Lupercalia : gentium cultura, id est sacra Panis ; quia ipse dicitur dedisse responsa, ut coirent lupi et hirci.

Ampl. II (p. 309,5) Lupercalia : sacra Panis ; quia ipse dicitur dedisse responsa, ut coirent lupi et irchi.

Quid Servius scripserit de etymo vocabuli 'Carthago' scimus ; quid Donatus disce ex glossa quam nimirum ex pleno Abstr. glossario sumpsit Abba (K 1).

Qui extant Abstr. glossarii codices habent (EX 106) :

Exedra : absida ; id est locus subselliorum ;

sed ad plenam glossae formam et nostrum glossarium, meliore Abstr. codice usum, ducit (EX 68) :

Exedra : locus subselliorum, id est absida salutatoria,
et Corp (E 415) :

Exedra : locus subselliorum vel locus sal<u>tatorius.

Plenam glossam in nostro glossario agnoscis (CON 111) :

Coniectus in vinculis : missus, impulsus,

mancam in codicibus Abstr. glossarii qui hodie extant (CO 12) :

Coniectus in vinculis : missus,

mancam in Aa glossario (C 693) :

Coniectus : impulsus vel missus.

Desinant igitur aliquando Ritscheliani affirmare glossarii nostri conditorem aut ex Festo ipso aut ex Festi epitoma ante-Paulina hausisse; luce enim clarius est conditores et Abba et Aa et Abav. et aliorum quae adhuc in codicibus latent (v. g. Paris, 10588) glossariorum ex eodem Abol. (cum Abstr.) glossarii codice eas doctas glossas hausisse. Abba servavit (STA14) glossam Stractae, quae glossa ex Festo provenit (448,4 Scryptae). Deest sane glossa in duobus qui extant Abol. glossarii codicibus, Vat. lat. 3321 et Casin 439; sed eam in parente codicis Casinensis fuisse declarat Aa (S 969) ; et eam ex Abol. glossarii codice nescioquo, non ex Festo ipso, sumpsit nimirum Abba, sumpsit etiam (fortasse ex alio) Ansil. (SC 303).

Tuque, lector, accipe glossarium Asbestos ita paratum ut ex eo glossarium Abba, alienis glossis intra cancellos quadratos incarceratis, evasisse videatur.

W.-M. LINDSAY.

SIGLA

<i>A</i>	Ambros. B 31 sup.
<i>C</i>	Casin. 218.
Corp.	The Corpus Glossary, ed. Lindsay (Cambr. 1921).
Euch.	Eucherii Instr. II, ed. Wotke.
frag. Ambr.	Ambros F 60 sup. (fol. ultimum),
Isid.	Isidori Etymol., ed. Lindsay.
<i>S</i>	Sangall. 912.
<i>V</i>	Vat. lat. 1469.

Asterisco notantur glossae quae et in *CV* et in Epitoma apparent.

ABBA

AB

1. A<s>beston (-os) (Isid. Etym. 16,4,4)
2. Absictos (apsyc-) (ib. 16, 11, 2) 3.
- Aprica loca (ib. 14, 8, 34) 4. Ablactatus (ib. 10, 11) 5. Abactor (ib. 10, 14) 6.
- *Abactus : quod sit ab actu remotus. (ib. 10,20 ; Abstr. AB 3) 7. Abram (ib. 7, 2, 2) 8. Abortivus (ib. 10,20) 9. Absida (ib. 15,8, 7) 10. Abies (ib. 17, 7, 32) 11.
- Abiuratio (ib. 5, 26, 20)

- 12 *Abaso : inf[r]ma domus. (Abstr. 7)
- 13 *Abantes : mortui ; quod (-os) Graeci elibantes appellant. (' Abstr. '). 14. *Aberruncat : abstirpat. [15] *Abenicat (-eruncat) : eradicat. (Abstr. AV 6) 16. <Extispices : aruspices> ab extis intestina hos-

- tiarum aspicien<te>s. 17. *Abellum (avillus) : agnus recens natus. (' Abol. '). 18.
- *Abigel[l]us (-geius) : qui tollit rem aut peculium (-eus) alienum. (Abstr. 17) 19.
- *Abiugassere : disiungere, dissolvere, [20] *abiungere : dissociare, seiungere. (' Abol.')
21. *Abiuga : a iugo semota vel dissociata. (' Abol. '). 22. *Abissus (aby-) : profundus (-dum) [vel profunditas Scripturarum.] (Euch. Fo. p. 10, 16) 23. *Abigit : minat, expellit. (Abstr. 33) 24. *Abincursu : ab impugnatione. 25. *Ab (ad) ingruentes : ab (ad) immittentes (immine-?). (Unde ?) 26. *Abiurat : negat, reprobatur. (Abstr. 28 ?) 27. *Abita (avida) : insatiata. 28 *Abolitio : res semota et in oblivionem perducta. 29. *Abolet : tollit vel delet, obliviscitur, de memoria peni-

AB. Post titulum INCIPIT GLOSA (fol. r. col. ii summ.) has glossas (col. ii) glossae *Abba* : *pater* (fol. v col. i. summ.) praemittit A : -Allegoria : spiritalia, Acolothin (Coheloth) : Ecclesiasten (= AC 94), Ambrosia : divina, Analogia : simili<s> comparatio sive propositio, Absida<s> : latori (-tiores) circulus (-los), Anachoritae : qui soli habitant, Adnititur : plus conatur, Abluit : cadit (?), Adluit : profudit (perf-) (Abol. AD 70), Adlubiis (-uvies) : locus cenusus (Abol. AD 69), Adridit : gaudet favit, Artum : angustum locum sive (Astum :) domum, Artis : strictis, Agra (atria) : aedes (= AT 17), Abdigat (-cat) : ex<h>ereditat, Abluta : diligenter lota (=60), Absistere : discedere, Abiect<a>e : exclus<a>e, Adruptis (abr-) : per vim ruptis (=42), Abiecit : proiecit (=100), Arces : altiora luta (loca ? iuga ?), Arbusta : loca arborum (=AR 38), A<r>tua : pluraliter (!), Accidus (aci- ?) : adduc (ab acreore ?) (=58).

12. Hic incipit verum Abba glossarium cuius prima glossa in S est *Abba* : *pater* (cf. 74). In A post praemissas aliquot glossas a littera A incipientes (vide supra) incipit AB -series ab eadem glossa *Abba* : *pater*.|| 13. om. A. quod.. app. om. S. quos AA 7. Ex schol. Aen. 1, 121 ? cf. Hesych. "Αβαντες οἱ Εὐβοεῖς.. νέκροτ.|| 14. cf. ad Corp. 23.|| 15. Abemcat S : Abem*cat A : Abencat CV.|| 16. cf. EX 136. Cf. ad AA 52, Arma 163.|| 17. Avillus AA 1423. Ex Festo. cf. Paul. Fest. 13, 14 (Av. ag. recentis partus).|| 18. om. A. pec. om. S.|| 19-21. Ex Festo ? cf. Abol. 16 Abiugat : dissolvit, Philox. 40 Abiugassere : ἀποζεύξαι, Philox. 45 Abiugus (-ges ?) : θυῶται ἀζυγία.|| 20. om. A. In S duae glossae, Abi. : diss., Abiungit : seiungit.|| 23. exp. om. SCV : expulit repellit A. Cf. ad 100.|| 25. cf. IN 299.|| 26. rep. om. SA.|| 28. Abolita remota Abav. 43.|| 29. Ab toll. (cett. om.) SA Cf. 106.

tus excludit[ur], vel negligit, reddere obliviscitur. (Syn. ?) 30 *Abhorret : displicet, dissonat, discrepat (Abstr. 28) ; <Abhorrens> : remotus ab amicitia. 31. * Abominat[ur] ; repudiat, negat quod suum est. (Abstr. 19) 32 Abolla : pallium philosophi. (Philox. ?) 33. *Ab oris : a finibus, ab initiis. (Abol. 5) 34. *Aborrea[s] (aporrhoea) : manatio. 35. *Abusi : male usi. (Abstr. 45) 36. *Abusive : ab usu tractum ; eo quod propriis rebus nomen commovet alienum. 27. *Abortus : ab eo quod est orior ; *Aborsus : ab eo quod est ordior. 38. *Abunda (apluda) : panici et mil[li]ei folliculi (-lus). (' Abol. ') 39. *Abusitatus : minus instructus scientia, <abusus sapientia = 69>. (Abstr. 14) 40. Ab re : extra rem. 41. *Abutitur : recusat, contemnit (Abol. 2) 42 *Abruptis : per vim ruptis. 43. *Abnegat : plus quam negat. 44. *Absonus : non similis sono. (Abol. 36) 45. *Abdicat : a se alienat. expellit. (Abstr. 2) 46. *Abdidit : occultavit, abscondit aut textit. (Abstr. 34) 47. *Abnuit : rennuit. 48. *Abgrego : segrego, separo. (Philox. 26) 49. *Abluit : emunda[vi]t, lavit, detersit. (Abstr. 27) 50. *Alegatus : condemnatus. (Abstr. 44) 51. *Abniso (-nuo) : nolo, veto. 52. *Abrogans : humilis. 53. *Abrogare legem : tollere. (Abstr. 5) 54. *Abstrusa : abscondita. (Abstr. 1) 55. *Abstemius : sobrius, observans (Abstr. 4) 56 *Absistit : longe est, recedit (desinit). (Abstr. 6) 57. *Absurdum : turpe, dubium vel in-

certum. 58. *Abstote (absistite) : recedite, abite. 59 *Absedeto : longe sedeto. (Philox. 90) 60. *Abluta : diligenter lota. 61, *Abligur<r>ire : plurimum consumere ; id est suspensis digitis leviter civum (cib-) tangere. 62. *Abtra (ap-) : folia vitea. (Philox. AP 8) 63. *Abduxit : amovit. 64 Abstinit : cessavit, discessit, longe stetit. 65. Absens : longinquus. 66. Abripuit : eripuit. 67. Absolute : manifeste. (Abstr. 26) 68 Ab imo : deusum. (Abstr. 27) 69. Abusus sapientia (=39) 70. *Abstans : distans. 71. Ab se(re) : contra rationem. (Abstr. 22) 72. Abrogatur : aufertur. (Abstr. 23) 73. Ab ineunte aetate : ab ipsis rudimentis infantiae. (Abstr. 25) 74. *Abba : Syre, Graece pater (πατήρ), Latine genitor. (Abstr. 1^a)

Abel (Isid. Etym. 7, 6, 8) 76. Abbacuc (ib. 7, 8, 20) 77. Abimelech (ib. 7, 6, 55) 78. Abessalon (ib. 7, 6, 67) 79. Abdo (ib. 7, 6, 55) 80. Abdias (ib. 7, 8, 17 + ?) 81. Abisag 82. Abellanae (ib. 7, 7, 24) 83. Abstinencia <maior> 84. Absalon (ib. 7, 6, 67) 85. *Abavus : tritavi pater, id est avus avi. (ib. 9, 6 ?) 86. *Abnepos : qui nascitur de pronepote. (ibid. ?) 87. *Abunculus (av-) : frater matris. (ibid. ?) 88. Abpatruus : frater avi. (ibid. ?) 89. Abavunculus : frater aviae. (ibid. ?) 90. Abamita : soror abavi (ibid. ?) 91. Abmatrtera : soror aviae. (ibid. ?) 92. Absintiatum vinum. 93. Abstracta quantitas (ib. 2, 24, 14) 94. Abfuturus : non est

30. Ab. diss. disc. (cett. om.) SA. || 31. Ab rep. (cett. om.) SA. || *Posthac contractae in SA glossarum formae raro memorantur.* || 32. Ex Iuv. 3, 115 ? Cf. BU 19. || 34. cf. ad AA 1125. || 38. -culus AA. Ex Festo ? cf. Paul. Fest. 10,1 (apluda est genus minutissimae paleae frumenti sive panici). 42. om. S. Abruptis p. v. ruptis A Abav. 53 : Abruptus p. v. raptus V : Abreptus p. v. raptus C. Cf. Aen. 11, 492 (qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis) || 43. cf. ad AA 86. || 44. om. A. Absono non simili sono S : Absonus non similis sonus CV : Absonum non simile sono Abol. || 48. Ab. ἀπαγελῆξω διαχωρίζω Philox. || 52. hum. SA : non hum. CV. || 58. Abitote Ab Abs. cf. ad AA 128. || 59. Abs. διάσπρῃ Philox. || 60. cf. ad AA 80. || 61. id est] an idem ? || 62. om. A. vitis CV : vitae (i. e. -tea ?) S : vitea AA 1122. Ap. ἀμπελόφυλλα Philox. Ex Festo. || 66. -pit -pit Abav., AA. || 70. om. V. -nt -nt A. || 74. C. G. L. IV 3, 1^a. Abba pater (cett. om.) SA. || 94. cf. AF 20. Immo Af-, quasi a esset Graeca particula negativa (!). Af- AA, Ab Abs.

futurus. 95. Aborigines : <convenae> originis oblii. (Abol. 12) 96. [Abzet : extincta est vel mortua. Lucilius in XXII « primum Pacilius tesorofilax pater abzet »] (Fest.)

Add. ex SA : 97. Abacta : immolata (invol-) 98. Abest : deest. (Abol. 24) 99. Abit : discedit, Abiit, discessit. (Abstr. 9) 100. Abicit : proicit. (Abstr. 50) 101. <H>abitus : <h>abitus corporis vel vestitus (vestium) (Abstr. 43) 102 Abunde satis. (Abstr. AD 1 ?) 103. Abditum : absconsum, secretum vel obscurum. (Abol. 9) 104. Absque foedere : sine amicitia. (Rom. 1, 31) 105. Abrium (ap-) : locus temperat[iv]us sine <f>rigore. (Abstr. AP 4 sine vento) 106. Abolere : de memoria excludere. (=29)

AC

1. Actualis pars philosophiae (Isid. Et. 2, 24, 16) 2. Acyrologia (ib. 1, 34, 4). 3. Acuta vox (ib. 3, 20, 12) [4] Aspera vox (ib. 3, 20, 13) 5. Acolithi (-ly-) (ib. 7, 12, 29-30) 6 *Academici (ib. 8, 6, 11) 7. Achaia (ib. 14, 4, 14) 8. Acroceramei (-nii) montes (ib. 14, 8, 6) 9. Ac<h>erontea (ib. 14, 9, 2) 10. Acetabulum mensura (ib. 16, 26, 5) 10a. Acetabulum (ib. 16, 27, 6) 12. Al (ibid.) 13. Acorum (ib. 17, 9, 10) 14. *Acanthus (ib. 17, 9, 20) 15. Aconita[s] (ib. 17, 9, 25) 16. Actuariae naves (ib. 19, 1, 24) 17. Acateon (-tion) (ib. 19, 3, 2) 18. Acus (ib. 19, 31, 9) 19. Acu picta (ib. 19, 22, 22). 20. Accusator (ib. 18, 15, 7) 21. Accubitus (ib. 20, 1, 2) 22. Acetum (ib. 20, 3, 9) 23. Acies gladii (ib. 18, 6, 2)

24. Acetabulum (ib. 20, 4, 12) 25. Ac[c]h<a>ei (ib. 9, 2, 73) 26. Achivi (ibid.) 27. Acies (cf. ib. 9, 3, 56-64) 28. Acer (ib. 10, 6) 29. A[c]hia (ib. 7, 8, 27) 30. Achazias (ib. 7, 6, 72) 31. Achab. (ib. 7, 6, 77).

32. *Ac<h>at[h]e<s> : genus lapidis. (Abol. 16) 33. *Accentus : sonus vocis correptae vel productae. 34. Actam : compulsum, coactam. (Abol. 20 -ti) 35. Achel<d>ra[e]ma[o] : ager sanguinis. (Mat. 27, 8 ; Act. 1, 19) 35. *Acerbitas : crudelitas vel immaturitas. 37. *Acervus : tumulus (cu-) 38. *Accersit : vocat. 39. *Acerbum : immaturum vel malum. (Abstr. 9) 40. Acceptator : auctor, conscriptor. 41. Accuratus : delicatus, diligens, Accuratus : delicatius, diligentius. 42. *Accersitio : vocatio. 43. *Acheron : fluvius, apud inferos. (Abstr. 29) 44. *Acerlis (acieris) : securis quam flamines vel pontifices habebant (' Abol. ?) 45. *Aceruat : condensat, constipat, coadumat. (Syn. ?) 46. *Acrimonia : saevitia. (Abstr. 8) 47. *Acro<h>eria (-iria) : ligatura articulorum. (Abstr. 2) 48. Accicrea (assignae χρέα ?) : caro. (Philox. AS 37 ?) 49. *Acie : turba. 50. Acrae mentis : validae mentis. (Abstr. 3) 51. *Acediatur : stomachatur. (Abstr. 39) 52. *Acium : oculorum aut vim ferri. 53. Acies : acumen. 54. *Accitur : advocatur. 55. Acciti : evocati, recensiti. 56. Accio : voco, accerso. 57. *Accito : evocato. 58. *Acidus : ab acrore. 59. Accisis : circumcisis. (Abstr. 19) 60. *A<u>ctius : amplius, uberius. (= AU 26) 61. *Aconitum : genus veneni. (Abstr. 28) 62. *Aco<e>nonitus (-net-) : qui nulli communicat.

95. om. V. || 96. om. C. || 100. cum 23 fudit S (Abicit proicit minat) || 102. Adfatim ab sa. Abstr. Cf. AD 109. || 103. Ablatum S (non A). se. vel ob. om. S Abol. (non A).

AC. 6. Academicus : philosophus, Academia : locus ubi Plato tractabat S (om. A). || 14. Ac. genus floris quo vestes inficiuntur S (om. A). || 37. tumidus CV. || 39. -turus CV. || 44. om. A. flaminei subpontificis S (non A.). habent A.A. Acceres & ἑλίνε ἱεροφάντων Philox. 27. Ex Festo. cf. Paul Fest. 9, 9 (Acieris securis aerea qua in sacrificiis utebantur sacerdotes). || 48. Assignae χρέα μερζόμενα Philox. || 55. an accersiti (Abol. 1) ? || 58. cf. ad Corp. 68. || 62. Aen- CV.

(Abol. 17) 68. *Acroemata* (-oam-) : auditio lyrarum vel tibiarum, 64. *Ac* si : velut. 65. *Actor* : est qui pro alio causam dicit. 66. **Aconita* : herba venenaria. (Abol. 2) 67. *Acuto scopulo* : aspero saxo. 68. **Acuum* (?) : diadema. 69. **Accola* : qui alienam terram colet (-it) vel cultor (cultor ?) 70. **Actutam* (-um) : est confestim, statim. 71. **Actuarius* : acta qui facit. (Abol. 17a) 72. **A culmine* : ab alto. (Abstr. 9) 73. **Accele- rat* : celeriter advenit vel appropinquat (Abol. 26) 74. *Actutum* : sine mora [vel sub motu<m>] 75. *Aculeus* : stimulus 76. **Acedia* : taedium animae, anxietas. (Abstr. 5) 77. *Accolae* : vicini vel finitimi possessores. (Abstr. 11 ?) 78. *Acer- vus* : moles vel cumulus cuiuslibet rei. (Abol. 12) 79. *Acerra* : far (vas) quod sacrificiis adhibetur. 80. *Acerbe* : moleste, graviter. 81. *Ac veluti* : quasi, quemad- modum. (Abstr. 17) 82. **Acinus*, [h]a- cini (hi ac- ?) : dicitur genere masculino. 83. *Ac[ci]ta<e>* : litora amoena. 84. *Acies* : extensa militum impugnatio. (Abstr. 6) 85. *Acalanthus* (-is) : cardulus (-dellus). (Abstr. 12) 86. *Accentus* : so- nus, inflammatio vel vociferatio. (Abstr. 19) 87. **Acolinis* : incumbens vel curvus. 88. **Acer* : fortis, durus, vehemens, cru- delis, velox. (Syn.) 89. *Acerva* (-ba) mors : in infantibus est.

90. *Acoaron* (nom. Bibl.) 91. *Achas* (ib.) 92. *Achitofel* (ib.) 93. *Adama* (ib.) 94. *Accoheleth* (ib.) 95. *Achas* (ib.) 96. *Achilon* (ib.).

Add. ex SA : 97. *Acapis* (agape) : caritas. 97a. *Acapitus* (agapetus) : dilectus. 98. *<H>a<c>tenuis* : usque nunc. 99. *Acer- sa* (-rra) : arcula torea (turaria). (Abstr. 23 arca) 100. *Ao<c>ipitrem* : acceptorem. (Abstr. 4)

AD

1. **Adonai* : Hebraice, Latine Dominus. (Euch. 140, 12) 2. **Adicias* : addas. (Abstr. 98) 3. **Adeas* : accedas. 4. **Addi- dit* : intulit. 5. *Adigamur* : compellamur, perducamur. 6. **Adeptus* : consecutus. (Abstr. 112) 7. **Adipiscitur* : consequitur, fruitur, potitur (Syn. ?) 8. **Adesto* : auxiliare. 9. *Adpendices* : adiuncticiae. 10. **Adero* : auxiliabor vel occurram. 11. ** Adulta* : matura. 12. *Adeps* : arvina, axungia, pinguedo, crassitudo (Syn. ?) 13. **Aditus* : introitus, accessus vel in- gressus. (Abstr. 54) 14. *Advena* : pere- grinus. (Abol. 63) 15. **Adnabat* : nata- bat. 16. *Ad liquidum* : ad purum. 17. **Ad- nare* : natare. (Abstr. 39) 18. **Adolevit* : crevit (Abstr. 89) [19] **Adolescit* : cres- cit. 20. **Adolere* : incensum offerre. 21. **Adolatur* (adul-) : blanditur. 22. *Adum- brat* : effingit, simulat. (Abstr. 42 ?) 23. *Adelybatum* (-cliva-) : obliquum, cur- vum. (Abstr. 83.) 24. **Advectus* : appor- tatus. (Abol. 21) 25. *Adimet* : auferet, tollet, detrahet. (Syn. ?) 26. **Adh<a>e- sit* : conglutinavit. 27. *Ad imum* : in profundum. 28. *Ad limina* : ad domum. 29. *Adverte* : intellege, cognosce. 30. *Aduncis naribus* : curvis naribus. (Abstr. 109.) 31. *Adorta* (-rca) : gloria bona. 32. *Ad incita[tu]m* : ad extremam fortu- nam vel perniciem. ('Abol.'). 33. *Adf[a]- retus* (?) : defensus, circuitus. 34. *Adse- cula* : domesticus, pedisequus, familiaris, adulator, agaso[n], minister, officialis vel quod sequatur aliquem lucris sae- culi. (Syn. ?) 35. *Admentum* (ame-) : ligamentum quod in medio lanceae liga- tur. 36. *Adoreis* : sacerdotibus seu laudibus bellicis. (Abstr. 117) 37. *Adfabrim* (-re) : artificiose. 38. *Adorea[ta]* : farrea ; id est ea quae ex farris (farre) sunt facta. 39. *Adscisso* (-isco) : lenio, assentio,

66. *om. C.* cf. AG 20. || 67. *cf. AA* 209. || 71. *cf. AA* 203. || 74. *cf. vol. II Arma praef.* || 79. *cf. 99.* || 83. *cf. ad AA* 199. || 94. *om. V.* || 99. *cf. 79.* ||

AD. 32. *cf. ad AA* 375. || 38. *Aen. 7, 109* (adorea liba). *ex furiis V.*

consilio tuo accedo. (Syn. ?) 40. Adeo : ingredior. (Abstr. 7) 41. *Adeo : maxime, satis, ideo, in tantum, valde (Abstr. 9) 42. Ad extollendum : ad laudandum. (Abstr. 10) 43. Adlositum (adsolutum ?) : adlisum. (Abstr. 13) 44. Adigebant : cogebant. (Abstr. 12) 45. Aditalis : qui adit. (Abol. 50) 46. Adit : intrat, impellit. (Abstr. 19) 47. *Adscivit : sociavit. (Abstr. 17) 48. Adornat. : plus quam ornat. (Abstr. 24) 49. *Adoptat : adfiliat. (Abstr. 25) 50. Adoptivus : quia est optatus in filium. 51. Adamas : lapis ferro durior. 52. Adamans : valde amans. (Abstr. 78) 53. *Adiumenta : auxilia. (Abstr. 82). 54. *Aquilum : fuscum, nigrum. (= AQ2) 55. Ad culmina : ad sublimia. 56. Adlegare : est verba aut imperatoris aut civitatis aut (ad) iudicem mittere. 57. Advocatus : causidicus. 58. *Ad summum : ad novissimum aut ad primum. 59. Adegit : ammo[n]uit, coegit. (Abstr. 94 ?) 60. *Adorsus : incipiens loqui. 61. Adoriri : incipere, aggredi. (Abol. 52) 62. Adorsus (-tus) : aggressus. 63. *Ad sciscitandum : ad requirendum, ad interrogandum. (Abstr. 27) 64. *Adluricum (-ludicrum) : res ad lusum apta. (' Abstr. ' ?) 65. Adibis : requiris (-es ?). 66. *Adversus : contrarius. [67] *Adversum : similitudinis imitatio. 68. Adnixus : conatus seu estimatus (?), incumbens. (Verg. 1, 144) 69. Admodum : valde. (Abstr. AM 9) 70. Advelat : coronat. (Verg. 5, 246). 71. Adelfus : frater, Exadelfus : consobrinus. 72. Adimit : tollit, negat. (Abstr. 2) 73. Adstruere : affligere, obiurgare. 74. Ad solitum : ad libitum. 75. Adseculae : pedisequae (-qui) vel lenones. (Abstr. 15).

76. Adlectus : quod sit palam electus. (Isid. Et. 10, 20) 77. Adolescens : dictus ab adolendo et crescendo. (cf. ib. 11, 2, 15) 78. Adollescencia (cf. ib. 11, 2, 4) 79. Adversidentes (Isid. Diff. 2, 59) 80. Adama : Hebraice, Latine domus. 81. Adamas (Isid. Et. 16, 13, 2-3) 82. *Adstipulatione : [ad]sponsione. 83. Adamantias et Gorgonias : maleficia quaedam per quae dicuntur maritis amorem timoremque immittere (ps. -Aur. Vict., Epit. Caes. 42, 20). 84. Adulterium (cf. Isid. Et. 5, 26, 13 ; 10, 10), 85. Adulterum Martem (ib. 8, 11, 51) 86. Adar (Euch. 153, 15) 87. Adam (Isid. Et. 7, 6, 4)

Add. ex SA : 88. Ade<m>ptum : adlatum (abl-) (Verg. 3, 658) 89. Adipiscit : adipiscit, obtenit (-tinet). 90. Adnectit : adiungit. 91. Adstipulatur : adipiscitur, consequitur. 92. Adstipulantem : spondentem. 93. Adversa : contra posita. (Verg. 1, 103) 94. Adh<a>eserunt : adpropinquaverunt. 95. Adest : praesto est. (Abstr. 44) 96. Adamas : lapis durissimus qui ferrum (-o) non l<a>editur. 98. Adiciales : qui domos alienas habent. 99. Adिता : adiuncta. 100. Adhibete : praesentes facite. (Verg. 5, 62) 101. Adhibetis (-bit-?) : congregatis, convocatis. 102. Adscivere : adiungere (-nxe-?). 103. Adscitum : adiunctum. (Abstr. AS 4-tus) 104. Adminiculum : subsidium, auxilium, solatium, adiutorium (Abstr. 99 ?) 105. Adita (-yta) : interiora templi. (Abol. 20) 106. Aditi (-dyt-) : secretis locis (Verg. 2, 297) 107. Adhibeam. addam. 109. Adfatim [h]abunde. (Abstr. 1) 110. Adcommoda<m> : aptam utilem. 111. Adcommodatius :

50. Isid. Etym. 10, 20 (ad. quia est op. palam in fi.). || 51. cf. 96. || 56. mitt. om. V. || 57. -tis -cis A. || 59. am<m>ovit AA. || 61. cf. AA 443. || 64. om. A. lusum CV : lumen S. An Ludicrum (cf. Serv. auct. in Aen. 12, 764) ? Vix cf. In ludicro : res quae de ludo datur Aff. Vide ad AA 391. || 65. cf. ad AA 255. || 66-67. cf. ad AA 512-3. || 68. cf. ad AA 271. Cf. AN 73. || 70. cf. ad AA 292. || 74. Vix cf. 43. || 82. cf. 117 ; 92. -nem -nem CV. || 88. cf. ad AA 306. || 89. -scit etiam AA 383 ; 317. || 93. cf. ad AA 525. || 96. cf. 51. || 97. non est ; in numerando peccavimus. || 100. cf. ad AA 254. || 101. -bit- AA. || 106. cf. ad AA 298. || 109. cf. AB 102 ; AF 29. || 110. cf. ad AA 236. || 117. cf. 82.

utilius. (Abstr. 45) 112. Adiectus : ad-
 <d>itus, adpositus. 113. Adlecta : evo-
 cata. 114. Aduleo(-dol-) : cresco ; unde
 et adulti dicuntur. 115. Adsentationis .
 adolationis (-dul-). 116. Adsensio : fides.
 117. Adveant (-vehunt) : adportant.
 118. Adurit : incendit. (Abstr. 31) 119.
 Adstipulationem : [ad]sponsum.

AE

1. Aeternus dicitur Deus (Isid. Et. 7, 1, 21-2) 2. *Aeternum : perenne, perpetuum.
3. *[A]Epiphania : apparitio, ostensio, manifestatio. (Isid. Et. 6, 18, 6, etc.)
4. *[A]Eden : delicias. (ib. 14, 3, 2). 5
- *Aemulus : imitator vel invidus (=7 ?)
6. *Aemula : imitatrix seu adversa. 7.
- *Aemulo : invidio imitatore. 8. *[A]emo-
 lumentum : lucrum vel qu<a>estum. 9.
- Aedes : domus. (Abstr. 4.) 10. *Aedituus :
 [h]ostiarius templi, vel domorum custos.
11. *Aeque : similiter vel iuste. (Abstr. 22 ?) 12. *Aequiperant : aequant, compen-
 sant, simulant, concordant, consentiunt.
 (Syn.) 13. *Aequa lance : simile divisione.
14. *Aequora : maria vel campi ; ab ae-
 qualitate dicta. (Abstr. 9) 15. *Aevitas :
 aetas. 16. *Aevum : longa aetas vel tem-
 pus saeculorum. (Abol. 8) 17. *Aevo gra-
 vis : sexu vel aetate infirmus. 18. *Aer :
 inter caelum et terram. 19. Aer. (Isid.
 Et. 13, 7, 1) 20. *Aes : <a>eramentum.
 (Abstr. 20) 21. *Aerarium : thesaurum
 (Abstr. 16) 22. *Aequ<a>evus : co<a>e-
 taneus ; id est unius aetatis, coaevus.
 (Abstr. 5 et 34). 23. *Aestu : turbatione,
 calore. 24. Aet[h]na : nomen montis.
25. *Aethera (-thra ?) : rota caeli ; eo
 quod species eius in rotundum formata
 est. (Abstr. 7 + Isid. Et. 13, 5, 2) 26.
 Aera : volucris data sunt. (?) [27].
 Aether : est ipsum elementum in quo
 sidera sunt, significans eum ignem qui
 in altum separatus est a toto mundo.
 (Isid. Et. 13, 5, 1) 28. *Aet[h]on : aquila.
 29. *Aeneum : aereum (?) Abol. 7) 30.
 *Aetatula : aetate modica. (Abstr. 21)
 31. *Aenenitores (aeneat-) : tibicines (tub-)
 (Abstr. 25) 32. *Aenead<a>e : coniu-
 rationes (-ti Aeneae). (Abstr. 27) 33.
 *Aethera (-ria) : caelestia vel (Aethra ?)
 possessio (?) caeli ignea (Abstr. 31 + ?).
34. *Aesculus : genus arboris (Abol. 9)
35. *Aeneatores : cornu vel calamo ca-
 nentes. (Abol. 10) 36. *Aeneades : Troia-
 ni vel Romani. 37. *Aeviter<n>um :
 aeternum. 38. *Aefumiae (aestimiae) :
 aestimationes. (' Abol. ') 39. *Aerum-
 na : miseria vel infelicitas, calamitas,
 tristitia, labor vel inopia. (Syn.) 40.
 *Aequiloquus : iusta loquens. (Abol. AQ3)
41. Aestimat : suspicatur. (Philox. 39 ?)
42. *[A]epos : versus heroicus ; quod ipso
 dicantur gesta heroum. (Abstr. 29) 43.
 *Aegre : anxie, moleste ; vel vix ; seu
 indigne. (Abol. 12 ?) 44. Aereas (-ia) ani-
 malia : vel aves in aera (-re) volantes.
 (' Abol. ') 45. Aequaevi : co<a>etanei.
 (Abstr. 5) 46. [A]epul<a>e : escae.
 (Abstr. 10) 47. Aet<h>er : aer superior
 aut caeli pars. (Abstr. 6).

Add. ex SA : 48. Aelam : porticum. (Euch.
 149, 13) 49. Aethiops : gens sub occasum.
 50. Aethiopum : Indorum. 51. [A]ethica :
 moralis intellegentia. 52. [A]eiminentia :
 alta. 53. Aetherio (-um) sensum : cae-

AE. 2. Aet. -em -um sempiternum A. || 4. Aedem CV. || 5. In SA duae glossae, Aem. :
 im., Em. : inv. || 6. an adversans ? an adversaria ? || 12. -rat S. || 13. aequali div. AA 578. ||
 20. om. V. || 22. cf. CO 6. || 26. cf. 44. || 30. aetate solus S (aetas cett.). Et in codicibus Abstrusa
 aetate solus v (aetas cett.). Corrige vol. III, p. 6. Cf. Warren, p. 132. || 33. ig. om. CV. || 35.
 om. A. canta<n>tes S. || 38. om. A. Aefumiae CV : Aefunnae S (pro Aefumiae). Saepe litte-
 rae sti ita scribuntur ut a litteris fu vel fa vix distingui possint : Aestimiam AA 620. Ex Fest.
 24, 15 (-mias). || 41. Ae. ὑπολαμβάνει Philox. || 44. cf. ad AA 600. Cf. 26. || 47. Alter CV. || 53.
 Aff.

lestem <spiritum>. (Verg. 6, 747 ?)
 54. Aemulatio : zelus, contentio, invidia.
 (Syn. ?) 55. Aestas : unum de quattuor
 anni tempora. 56. Aestuat : an[*e*]xiat.
 57. Aequitas : iustitia. (Abstr. EQ 3)
 58. Aegrimonia : anxietas. 59. Aeger :
 anxius, tristis, lassus, infirmus. (Syn. ?)
 50. Aestus : calor.

AF

1. *Afficit : affligit vel obiurgat. (Abstr.
 AD 4 -is) 2. Affectus : consumptus,
 afflictus. (Abol. AD 39 ?) 3. Affectus :
 dilectionis teneritudo vel (Affinitas :)
 propinquitas. fAbstr. 5 et 6) 4. Afron.
 (aphr-) : fatuus, insipiens. [5] Afrosin
 (aphrosyne) : insipientia. 6. *Afrodi<te>n
 (Aphr-) : spumam sanguinis generan-
 tem. (Isid. Et. 8, 11, 76) 7. *Afficior : te-
 dium patior. 8. Affectatores : appeti-
 tores. (Abstr. 4) 9. *Affectus : voluntas,
 studium, desiderium, amor, dilectio.
 (Syn.) 10. *Affatibus : allocutionibus.
 11. Affati[m] : allocuti. 12. *Affluentia :
 abundantia. 13. *Afuit : defuit, absens
 fuit. (Abol. 7) 14. *Aformas (apho-) :
 occasiones. (Philox. ?) 15. Affectat : desi-
 derat, appetit, vult vel temptat (Abol.
 18) 16. *Affectio : voluntas. (Abstr. 3)
 17. Affluit : abundat. (Abstr. 1) 18. Affa-
 bilis : magni favoris, aptus, bonus. 19.
 Affligit : necat. (Abstr. 7) 20. Affuturus :
 praesens futurus. 21. Afflictus : luctuosus
 et squalore confectus, malis oppressus.
 (Abstr. 8 ; AD 59) 22. *Affinis : proximus
 vel propinquus. (Abol. AD 33 a.) [23.]
 *Affinitas : propinquitas. 24. *Affligor :
 malis opprimor. 25. Afflixit : percussit.

26. Afflatus : inspiratus. (Abstr. AD 58 ?)
 27. Affore : futurum esse. 28. Affabilis :
 delectabilis. (Abstr. AD 23).

Add. ex S (totum capitulum deest in *A* qui
 formas adf- solas agnoscit) :

29. Affatim : abundanter. (=AD 109 ?)

AG

1. *<H>agios : sanctus (Euch. 160, 2) 2.
 2. *A(u)gustum : sanctum, amplificum.
 3. *A(u)gusta : pulcra vel sancta. 4.
 *A(u)gustorum : sanctorum. 5. *A(u)-
 gustius : magnificentius. (Abstr. AU 19)
 6. *Agrestis : rusticus vel ferus. 7. Agens
 telis : prosequens (pers-) sagittis. (' Abol.')

8. *Agmen : multitudo. (Abstr. 4) 9. *Ago-
 nem : pugnam, certamen. (Abstr. 1)
 10. *Agilis : velox, acutus vel astutus.
 11. *Agacula (agag-) : lenocinator.
 (Abstr. 17) 12. *Agaron (-aso) : qui nego-
 tia aliena anteambulat. 13. *Agaso :
 domesticus (Abstr. 7) 14. *Agrippa :
 qui in pedes nascitur [inversus]. (Abol. 9)
 15. *Agnati : liberi qui per adoptionem
 veniunt ; interdum cognati affines, sed
 per viros. 16. *Agoniae : hostiae, victi-
 mae. (Abol. 14 ?) 17. *Agonitheta
 (-noth-) : qui praeest certantibus in
 bello. 18. *Agonia : alacritas, amor vel
 vigor. (Abstr. 9) 19. *Agracas (Aerag-) :
 nomen montis in Sicilia. 20. *Agonita
 (aco-) : herba venenaria. (=AC 66) 21.
 *<H>agiographa : sancta Scriptura.
 (Abstr. 8) 22. <H>agiographorum : id
 est sancta scribentium. 23. *Agricola :
 agri cultor vel colonus. 24. *Aggeres :
 terrae congeries. (Abstr. 3) 25. *Aggerat :

55. -pora etiam AA.

AF. 2. et alibi iocunditas laeticia *add. V.* || 6. spuma CV. gerante S. || 10. loc. CV. || 11.
 colloc. C. || 13. Aufugit CV. || 20. cf. AB 94. || 29. Adf. abunde satis *Abstr.* : Adf. saltem vel
 abundanter Gloss. Leid. 67 F. Vix. ' Abol. ' (cf. Paul. Fest. 10, 25). Vix cf. Fulg. Sermon. 43.

AG. 3. cf. ad 5. || 5. sanctius pulcrius mag. A. Cf. AU 38. || 7. Gloss. Verg. 428, 50. || 9. -one
 S. A. || 14. om. A. inversus (*pro in*, i. e. versus ?) *add. CV.* Cf. ad AA 684. || 15. intantum cog.
 S. Cf. CO 16 ; Abstr. 5. || 17. Melius AA 678 Ag. : qui certaminibus praeest (*om.* in bello). ||
 20. om. V. || 21. cf. 1. || 23. om. C.

multiplicat, congregat, grande facit (Syn. ?) 26. Agitare : agere (Abstr. 13) 27. Agreste : ferum. (Abstr. 2) 28 * Agonista : certator. (Abstr. 10) 19. Agelas-
<t>us : dicitur qui numquam ridet. ('Abol. ' ?)

Add. ex SA : 30. Agon : certamen (Abstr. 1) 31. Agnatus : proximus, quasi filius. 32. Agmina : multitudines. (Abol. 1) 33. Ag<g>eus : festus vel sollemnitas. (Euch. 143, 16) 34. Agaso : minister officiales (-is).

AI

1. *Ain : ergo ; verbum interiectionis. 2. *Aio : dico. (Abstr. 2) 3. *Ais : dicis. 4. *Ait : dicit, canit, fatur. 5. *Aiunt : dicunt (Abstr. 6) 6. Aiebam : dicebam. 7. *Aisti : dixisti. 8. Ai<n> tandem : dicis vero. (Abstr. 4) 9. *Aiden : infernum. (Abstr. 5) 10. Aio te (agite ?) : exhortativa vox est. [11. Age et agite : verba sunt hortantis et defectiva.]

Add. ex SA : 12. Aiens : dicens.

AL

1. *Alcides : Hercules ; a virtute appellatus ; alce enim Graece virtus dicitur. ('Abstr. ?) 2. *Alioquin : nam si non vel si non, sicut cetera, vel potius magis. (Syn.) 3. *Alacer : hilaris, laetus, gaudens, expeditus, fortis. (Syn. ?) 4. *Algor : frigus. (Abol. 2) 5. *Allatum : apportatum. (Abstr. 11) 6. *Alluvium : ruina riparum

ex aqua ; vel (Diluvium ?) quotiens fluvius alium sibi meatum facit vel delavatio. 7. Allabrus (-obrox) : civis de Gallia. (Abstr. AD 110) [8]. Allobrox : Gallus. 9. Allobroces (-ges) : Galli ; Alauda<e> [vel laude] dicti. [10.] Ambro[x] et Ambroges (-ones) : et ipsi Galli. ('Abol. ' ?) 11. Allicit : incitat, provocat. 12. *Alternatim : vicissim. 13. *Alternanti : dubitanti. (Abol. 22) 14. *Alabastrum : genus marmoris pretiosum. 15. *Alluvione : inundatione. (Abstr. AD 39) 16. *Allabi : navigio duci. 17. *Alogia : convivium Graece. (Abstr. 45) 18. *Al[i]jucula : genus vestis. (Abstr. 47). 19. [Al[i]jucinare (-ri) : vana somnare.] (Fulg. Serm. 52) 20. *Al[i]jucinatio : erratio, vel lucis alienatio. ('Abol. ' + Abstr. 52) 21. *Allux : pollex in pede. (Philox. HA 30) 22. *Alfeus (Alph-) : deus marinus. (Verg. 3, 694 ?) 23. *Alma virgo : sanota ; Hebraeum est [24.] *aalma : virgo. 25. *Alites : aves sive volucres. 26. *Altilia : volatilia ; hoc est studio saginata. (Abstr. 32 + Abol. 12) 27. *Alatis : pennatis. 28. Aliger : pennatus. (Abol. 9 ?) 29. Altercatio : lis, contentio, disceptatio. (Abol. 5) 30. *Altercatur : litigatur, obiurgatur, verbosatur. (Syn. ?) 31. *Alveus : profundus vel torrens. 32. *Alvus : venter. (Abstr. 17) 33. [Altus : ab alendo dictus.] (Paul. Fest. 7, 5) 34. Alnus : pro navi ponitur. 35. *Alit : nutrit (Abstr. 10). 36. *Alitus : nutritus. (Abol. 19 ?) 37. [Algeo : ex Graeco ἀλγῶ dicitur, id est doleo, ut sit frigus quiddam membrorum rigore coniectum.] (Paul. Fest. 5, 22) 38. *Alendum : nutriendum.

29. Ex Festo, ni fallor, qui versum Lucilianum (1300 Marx) citavit. || 34. cf. ad AA 644.

AI. 11. om. V.

AL. 1. Ex schol. Aen. 6, 392 ? || 3. for. A : om. CV. || 6. cf. Isid. Etym. 14, 8, 42 (all. consumptio ri. ex aq.). Ex schol. in Verg. (dil.) ? || 9-10. cf. AM 9 ; TE 111. Ex Festo ? Cf. Paul. Fest. 15, 29. || 10. cf. AM 18 ? || 20. Ex Festo prima pars venit. cf. Paul. Fest. 23, 4. || 21. Ex Festo ? cf. Paul. Fest. 91, 1 (Hall. po. pedis, etc.). || 23-4. cf. Hier. in Is. 7, 14, p. 108. An aal. vi. delend. ? || 26. Alt. st. sag. hoc est vol. A. In S duae glossae Alt. : st. sag., Alt. : vol. || 37. dolor quidam .. -tus Paul. Fest.

(Abol. 21) 39. *Altricem : nutricem. ('Abol. ') 40. *Alias : interdum, nonnumquam ; vel aliter. (Abstr. 3) 41. *Alumnus : quem quis aluit, id est nutrit, vel nutrit. 42. *Aliorsum : alteram in partem. (Abstr. 21) 43. *Alimentum : nutrimentum. 44. *Alnum : lignum alnetanum, id est vernum. (Abstr. 33 verna). 45. *Allabitur : leviter decurrit. 46. *Allegoria : aliud pro alio significans ; id est similitudo (Abstr. 2 ?) 47. *Aliquantisper : aliquandiu. (Abstr. 44) 48. *Altrinsecus : ab invicem, hinc atque inde. 49. Allecti : electi. (Abstr. 24) 50. *Alares : caballares. (Abstr. 12) 51. *Ala : pars multitudinis exercitus. (Abstr. 11) 52. *Al[ci]tellus : alte evocatus (educ-). ('Abol. ') 53. *Albet : splendet. (Abol. 10.) 54. *Alebre : pulchrum, bene educatum. (Philox. ? ; 'Abol. ' ?) 55. *Altellus : terra nutritus. ('Abol. ') 56. *Alti-boans : in alto vel ex alto sonans. ('Abol. ') 57. *Alacrimonia : laetitia. (Abstr. 4) 58. *Alimonia : esca. 59. *Alsosus : frigosus. (Abstr. 16) 60. *Allectat : spectat. (Abstr. 9) 61. *Altrix : nutrix. (Abol. 3) 62. *Albus (-um) praetoris : ubi sunt conscripti qui recitandi sunt ; tabula est in albis litteris. (Abstr. 46) 63. Alget : gelat vel nihil habet. 64. Altilis : nomen avis. 65. *Alvearia : vasa apium (Abstr. 28) 66. *Allapsus : sensim veniens. (Abol. AD 83 ?) 67. Alternatio : per vices successio. 68. *Alternatur : variatur. 69. Altruncat (averru-) : avertit vel alienat. (Abol. 14). 70. *<H>alitus : aura [vel] venti vel

tepor caloris. 71. *Allata : renuntiata vel cognita. 72. Alpes : nives vel nomen montium. ('Abol. ' ?) 73. Alternat : Latinum est, id est post alterum facit ('Abstr. ' ?) 74. *Alterna : mutua, vicaria. (Verg.) 75. <H>alat : flagrat (fra-) vel odorem emittit ; tractum ab <h>alitu spiritus boni. 76. Alipes : equus ; quasi alas habeat in pedibus. 77. [Al<l>ia : herbas calidas quae aestum repellunt ; ut Plinius enim dicit in Naturali Historia, etc.] 78. [Aloa] (cf. Isid. Et. 17, 8, 9 ; 9, 28) [79. Aleator : qui ad aleam, hoc est ad tabulam, ludit.] [80. Alphita[e] : farina ex <h>ordeo amaro et igne tosto.] 81. [Alleces : Graece insulsi. (?)]. 82. [Aglazin (-on ?) : Graece splendens ; inde aglaones. (?)]

Add. ex SA : 83. Alternatim : vicaria, id est invicem recepta. 84. Alteruter : alter et ambo. (Abstr. 6) 85. Almun : sanctum, clarum (Abstr. 5 ?) 86. Almunum (-ni) : filium (filii vel) servi ab alendo. (Abstr. 20). 87 Alo : nutrio. [88]. Alere : nutrire [89] Alunt : nutriunt 90. Alea : ludum tabul<a>e ; a' quodam magno, Alea nomine, qui hoc lusum invenit. (Abstr. 30 mago) 91. Altioribus (art-) : strictioribus.

AM

1. *Amen : vere sive fideliter ; vel fiat. 2. *Ambrosiae : divinae, pulchrae. (Verg.

39. cf. ad AA 823. || 43. Alimenta : nutrimenta, Alimentorum : nutrimentorum *add. A.* || 50. -ris -rius *Abstr.* || 52. cf. 55. Ex Festo. cf. Paul. 6, 29. || 54. cf. Alerius εὐτροφος *Philox.* AL 18. Ex Festo. cf. Paul. Fest. 23, 17 (Alebria bene alentia). Cf. AA 737. || 55. AA. Cf. 52. || 56. cf. ad AA 818. || 66. Allapsa caute ve. *Abol.* || 69. AA (A 826), Abav. (AL 61) Idem igitur codex Abolita glossarii trium fons erat. || 72. cf. ad AA 795-6. || 73. Alternatur Latinum non est sed alternat id est p. a. f. *Abav.* 53. Ex schol. Geo. 3, 220 (vel Aen. 4, 287) ? || 74. cf. ad AA 810. || 79-80. *om. V.* || 83. ad vicem *A.* || 86. cf. 41. || 87-88. coniungend. ? || 90. mago *etiam Ansil.* (AL 96)

AM. *Harum glossarum nonnisi tres et sequentis capituli nonnisi posterior pars (amisso exemplaris folio ?) supersunt in S.* || 2. cf. ad AA 869.

